Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



Ad pacendū et laborandū sciab te vocatū non ad otiandū et fabulandū. Hic ergo probantur homines sicut aurū in fornace. Nemo potest stare nisi ex toto corde se velut pulverem deinde humiliare.

De exemplis sanctorum patrum

Utinam sancto patrum iuuda exempla, quibus vera perfectio refulsit. et religio. et virtutes quibus modicum sit et pene nichil quod nos agimus. Nam quid est vita nostra si illis fuit comparata. Sancti et anime eiusdem seruierunt in fame et siti, et frigore. et nuditate, in labore et fatigatione. in vigiliis et ieiuniis. in orationibus et sanctis meditationibus. in persecutionibus et obprobriis multis. Quam multas et graues tribulationes passi sunt apostoli et martires et confessores. virgines et reliqui homines, qui vestigia christi sequi voluerunt. Nam alias suas in hoc mundo oderunt. ut eterna vita eas possideret. Quam strictam et abdicatam vitam sancti patres in heremo duxerunt, quam longas et graues tentationes pertulerunt. Quam fratres ab inimico vexati sunt, quam crebas et feruidas orationes deo obtulerunt, quam rigidas abstinencias pegerunt, quam magno zelo et feruore ad spiritualem profectum habuerunt. Quam forte bellum aduersus edomationem vitiorum gesserunt